

JOH. FRID. WILH. DE NEUMANN,

in WOLFSFELD,

CONSILIARII BRANDENBURGICO-
ANSPACENSIS,

DE

MATRIMONIIS
PRINCIPUM
COMMENTATIO.


*Relat. lib. et Coll.
m. de suencia*



FRANCOFURTI ad MOENUM,

Ex Officina REINHARDI EUSTACHII MOELLERI, 1751.

:S: X * X :S:



XII. de matrimonio laico & heretico

Conspectus Titulorum.

XIV. de gradibus jure humano prohibitis

Tit. I. De Matrimonii natura in genere. & illorum sacrosancti & copula

II. de libertate matrimoniorum, & cœlibatus promissione.

III. *Requisita* matrimonii illustris *divina*, ubi de Polygamiâ & concubinato.

IV. de Polygamiâ illustrium *successiva*, anno luctus, & viduitatis servandæ, promissione.

V. de gradibus, jure divino prohibitis.

VI. de consensu sponsalicio, & coactis matrimoniis.

VII. de matrimoniis symbolicis per procuratores.

VIII. de conditionibus pacto matrimoniali adjectis.

IX. de tacitis matrimonii conditionibus, speciatim illa virginitatis.



DE
MATRIMONIIS PRINCIPUM.

TITULUS I.

DE

Matrimonii natura in genere.

**Matrimonium est viri & mulieris individua vitæ
consuetudo.**

§. I.

Omnes de Principum conjugis doctrinam ad tria capita revocabimus. *Ordo di-*
Primum de natura & requisitis matrimoniorum illustriam, *alterum* *cendo-*
de effectibus, tertium de modis ea dissolvendi, aget. *rum.*

§. II.

TITULUS XV.

DE

Copula sacerdotali,

&

Thalami conscensione.

A benedictione sacerdotali, quam summi Principes ex libera voluntate, subditi, ex legis necessitate, accipiunt, matrimonii initium hodie numeratur: quibusdam tamen in partibus, præterea thalami conscensio requiritur,

§. CC.

Copulam, seu benedictionem sacerdotalem, in Oriente, tempore Leonis Philosophi, in Occidente, sub Carolo M. cœpisse, vulgo volunt. *Per copulam sacerdotalem*. Equidem jam dum Evaristus Papa, in Epistola ad Africa Episcopos, can. I. *dotalem* caus. 30. qu. 5. sacerdotalem benedictionem præcipit. Sed spuria plerisque *matrimonii* que illa videtur epistola. Nec in corpore Justiniano ullum, hujus benedictionis, vestigium occurrit, sed demum in Novellis Leonis 89. 74. 109. *brantur*, Eam sola humana voluntate niti, adeoque ad civilia, matrimoniorum requisita, pertinere, Tit. X. §. CXLIX. monuimus. In subditis igitur, utut illustribus, ex mero imperantium arbitrio erit metienda, qui sicut plebejis solennitates certas, in eisdem adhibenda, observandas, præscribere solent, e. c. ut publice in æde sacra, & quidem post trinam demum, e suggestu factam proclamationem, copulentur: ita illas solennitates, illustribus personis, plane remitti videmus. Conf. tamen dicta Tit. X. §. CL. CLI.

cum Philippo Imperatore, Dieterici inimico, initum) esse non posset. Pertinet ad hanc causam cap. 46. X. de testib. Circa eandem, id quoque memoratu dignum, quod Philippus Cæsar Primislaus, quoniam Dieterici sororem indignissime repudiaverat, aliamque Hungaricam duxerat, Bohemix Regno indignum judicavit, illudque adultero ablatum, hujus agnato Theodebaldo, de Principum sententia, in Comitibus Noribergenibus 1212. per sex vexilla contulit. Retinuit nihilominus regnum Primislaus, Theodobaldo postmodum conciliatus. Conf. *Dubrav. Hist. Bohem. L. 15. & Goldast, de Regn. Boh. L. 4. c. 9.*

§. DV.

inoffitas,

Ob animorum diversitatem 1690. Guilielmus Ernestus, Dux Saxo-Vinariensis, à Charlotta Maria Jenensi, divortium fecit. Causa cognoscenda committebatur Theologis & Ictis Jenensibus, ad hunc actum obsequio solutis, novoque jurejurando obstrictis, præsidium gerente Georgio Adamo Struvio. Utrique parti, alias incundi nuptias, relinquebatur facultas, Ducissæ tamen, nonnisi prævio agnatorum consensu. Neutra tamen pars ad secunda vota transiit. Ita fert

Sententia

in puncto divortii

In Ehe-Sachen Herrn Herzog Wilhelm Ernst zu Sachsen, und der Herzogin Charlotta Maria.

Auf das zwischen dem Durchlauchtigsten Fürsten und Herrn, Herrn Wilhelm Ernst, Herzog zu Sachsen &c. und auch der Durchlauchtigsten Fürstin und Frau Charlotta Maria &c. mit Zuziehung Dero besonders verordneten Curatoris, aufgerichtete Compromiß, in Sachen beyder Hoher Theile Ehescheidung betreffend, erkennen und sprechen die von beyden Theilen hierzu erwählte, und nächst Erlassung ihrer andern Herrschafft. Pflicht, absonderlich verordnete Präsidente und Besitzer des Compromiß-Gerichts der Theologisch, und Juristischen Facultæt der Fürstl. Sächsl. gesamt Universität Jena, vermög gött-geist- und weltlicher Rechte, nach reiffer Erwegung beyderseitigen Einbringens, auch nochmal ernstlich versuchter,

aber